

ART. 36.

Om nogher begriber nogher man enæ met sin husfru. Och saa dræber hanom for uden annen sembroders vithnæ. at enkkæ gor. han scal bödæ een öræ peñnyng. Uden han haver ghen scal tenkæ ath han dráp sin broder foræ noghet hæmælict raad paa hans orsagæ. Tha scal han under ligæ saa vel broders forsmædelsæ som guts hefnd. och blivæ nidingh.

ART. 37.

Hosom voltager sin sornæ broders husfru. aller doter. aller søster. aller frenkæ. Han scal vises uth aff gildet om han vorder felt. mét tu vithnæ.

ART. 38. *De vendicionibus.*

Huilken sornæ broder som selier sin gildbroder nogher thing rörende aller vrörende. Aller noger boscap. och han bryder sinæ ord efter kop ær giort. Han scal bödæ tu so meghet imoth hin ther köptæ som han sculde bödæ veth kongens ombutsman om han ikkæ gildbroder voræ. och. thuennæ sinne saa meghet veth allæ gildbrodræ som han sculdæ böde tel statsens ræt.

ART. 39. *De supplantatione que dicitur forköp.*

Hosom gör sin gildbroder forhöp paa köp aller sall. Han scal først oprætæ hanum sin scadæ. Och bödæ een halff march veth allæ gildbrödræ. Om han vorder feld met to brödres vitnæ foræ forneunde forkop.

ART. 40.

Hosom ringer aller lader ringæ forneunde gildens clokkæ sin broder tel scadæ. Huilket guth forbiudæ. at han fanger ther scadæ foræ aller paa sin eghen persones veghnæ aller hans falk. aller paa siit gots. Tha scal han fullæligæ oprætæ hanom al sin scadæ. Och bödæ veth allæ gildbrodræ eet pund hunugh. Allers vises af gildet met nidings nafn.

ART. 41.

Nar nogher gildbroder döör tha scal huer bæræ sin pennying som kalles ligscud. Tel thet hus som liget ær innæn, hosom

thet lofligt forfald. Hosom ikkæ kommer then tiid liget bæres tel kirken för the havæ gangeth omkring thre gaarde met liget han scal bödæ een öræ. hosom ikkæ ær i messen met liget. och then tid thet iordes. Bödæ een öræ.

ART. 42.

Hosom beder sin gildbroder stefnæ nogær tel semtalæ aller tel thing paa sinæ vegræ. Och han vil thet ikkæ göræ. Han scal böde een öræ pennynge.

ART. 43. *De litera fraternitatis.*

Hosom vil havæ bröderscap breff. han scal give olderman och stolbrödræ iij gratae. Och förstæ thet seal besegles tha scal han give een tynnæ öl. Och bysens scrivaeræ iij grotae foræ breffet. Huilket ængen scal scrivæ uden han. Och ikkæ seal alderman havæ makt ath besæylæ saa danæ breff uden stolbrödræ sem thökæ. och i thæræ nærværelsæ.

Nº 5.

STATUTS DE LA GHILDE DU ROI ERIC, MORT EN 1103,
CÁNONISÉ EN 1257¹.

Haec est lex convivii beati Erici regis Ringestadiensis, quam homines senes et devoti olim invenerunt ad utilitatem congildarum ejusdem convivii et ubicumque in prosperitate et utilitate observandum statuerunt.

ART. 1. Si quis non congilda interficerit congildam, et si affuerint congilde, tum vindicent eum si poterint. Si autem non poterint efficiant eum ut interemptor quod wlgc dicitur *tak XL* march. pro se acquirat heredibus interficti ad emendacionem.

¹ OM GAMLE DANSKE GILDER OG DERES UNDERGANG, AF P. KOFOD ANCHER. (Dissertation sur les ghildes danoises; pièces justificatives.)

Et ex illis xl. marc. omnibus congildis tenentur iii. marc. ad satisfaccionem. Et nullus congildarum cum illo bibat nec comedat aut in navi cum eo sit, nec aliquam communionem cum illo habeat, donec emendaverit heredibus et congildis ut lex dictaverit. Quod qui fecerit reddat omnibus congildis iii. oras qualibet vice. Si vero interemptor non poterit pro se acquirere *tak* nominati ex convivio ferant ipsum ad judicium regis.

ART. 2. Quod si congilda interficerit congildam, et confratres presentes extiterint, subvenient ei a periculo mortis, quando potuerint.

ART. 3. Si autem ipsum coactus interficerit, heredibus xl. marc. et congildis ix. marc.

ART. 4. Si autem confratrem suum, propter nimiam stultitiam suam et negligentiam, et longevo rancore existente, confratrem interficerit, exeat a consortio omnium confratrum cum malo nomine *nithingh*, et recedat.

ART. 5. Si quis autem (congilda) interficerit non congildam vel aliquem potentem, et propter insufficientiam suam liberare se non valuerit, fratres qui presentes extiterint subvenient ei a vita periculo quomodo potuerint. Et si vicinus aquae fuerit, acquirant ei lembum cum remis, et haurile vas et ferrum cum quo ignis elidit et securim, ipse sibi deinde prevideat secundum quod voluit. Quod si equo indigerit, acquirant ei et comittentur ei (eum) ad silvam, et non in silvam. Et habeat equum postea per diem et noctem gratis, si diuciis indigerit conductet. Si equus non revenerit, ipse eum solvat, si substantiam habeat; sin autem, omnis congilde premium equi persolvant. Quod si hiis modis ei subvenire non poterint, et quod si wlgo dicitur *tak* xl. marc. ab eo exigantur, presentes fratres sint pro eo fidejusores, et ipsem est persolvat, si substantiam habeat; sin autem, et si homicidium coactus perpetraverit, omnes congilde persolvant. Et si ita evenierit quod homicida nequitia vel timore necis fugerit, et confratres suos in angustia et periculo posuerit; sit ipse exors convivii cum malo nomine *nithingh*, omnis vero congilde liberent eos qui in *tack* inierunt. Si autem ali-

quis congilda affuerit, et propter suam nequitiam et nimium terrorem confratrem suum a mortis periculo non liberaverit et testimonio convictus fuerit, omnibus fratribus iii. marc. solvat, aut juramento vi fratrū se expurget, vel *nithingh* a fraternitate recedat. Si quis autem ita rebellis extiterit quod ad redemptionem confratris sui, quantum tenetur, prefixo die non addiderit, iii. oras fratribus emendet.

ART. 6. Si autem congilda confratrem suum apud potentes accusaverit (vel prolocutionem i *variæmal* super ipsum receperit), quocumque loco et in dampnum vel scandalum cum magna fatigacione consecutus fuerit, testimonio convictus ei sex marc. et convivis dimidium *pund* mellis, aut cum sex fratribus se expurget quod illud non fecit.

ART. 7. Et si congilda confratris sui pecuniam apud prepotentes adulando defraudaverit, aut navim cum piratis concenderit, et sic congildam suum exsoliare insudaverit, certis judiciis convictus de fraternitate recedat et sit *nithingh* omnium gildarum.

ART. 8. Si autem congilda confratri suo in legibus non astiterit, aut testimonium adversus ipsum perhibuerit, et hoc modo ei dampnum rerum suarum fecerit, testimonio convictus emendet ei iii. marc. et fratribus iii. oras.

ART. 9. Et si gilda convivam suam ad regem vel episcopum sive ad synodum aut ad placitum sine licentia senioris ei gildarum consensu citaverit, et ei dampnum rerum suarum indicauerit vel fecerit, satisfaciet ei iii. marc. et confratribus iii. marc. Si quis frater captus fuerit et libertatem perdiderit, de omnibus congildis in illo episcopatu existentibus accipiet quod wlgo dicitur *scuth*, s. iii. denar.

ART. 10. Hoc quoque statutum fecerint seniores convivii: quod si quis frater confiscatus fuerit bonis suis ex parte regis vel alterius principis et captus fuerit, ad quoscumque fratum in regno vel extra regnum declinaverit, subvenient ei in v denarios.

ART. 11. Si quis conviva naufragium passus fuerit, de bonis suis estimatis ad marc. argenti nichil retinuerit juramento, pre-

stite et testimonio adhibito, accipiet de quolibet fratre **III** denar. infra terminum illius episcopatus.

ART. 12. Quod si congilda confratrem suum in captivitate invenerit, redimat eum tribus marcis et ipsem persolvat, si habet; sin, autem, reddant pro eo omnes congilde. Quod si noluerit et testimonio convictus fuerit, easdem **III** marc. fratribus persolvat aut cum sex fratribus se expurget. Si quis autem fratris sui redemptionem non solverit, **III** oras emendet.

ART. 13. Si autem congilda confratrem suum in naufragio reperit, confrater ei vita subsidium conferat, ita quod exponat de bonis suis valens **III** marc. sive unum *skippund*, et recipiat ipsum in navim suam. Ipsem illud projectum persolvat, si habeat; sin autem, persolvant pro eo omnes congilde.

ART. 14. Et si congilda confratrem suum in captivitate aut naufragio, aut in anxietatis loco invenerit, et opem ei ferre negaverit, testimonio convictus, sit extra convivium et *nithingh*, aut cum sex fratribus se expurget.

ART. 15. Et si congilde aliquos confratres ad parandum convivium nominaverint, si quis eorum neglexerit vel non curaverit, fratribus tres marc. persolvat. Et si congilde nominati ad convivium faciendum mel acceperunt, tunc sit in custodia gildarum postquam *giærthemæn* accepti fuerint. Si quis vero, postquam caldarium convivarum igni suspensum est vel fuerit, et ante incepsum convivium, sine licentia senioris se substraxerit, tantum solvat quantum si bibisset.

ART. 16. Et si cum fratre suo verbis inopportunitis in domo convivii contenderit, testimonio duorum circumsedentium convictus, **III** marc. congildis persolvat. Si quis vero primo discordiam excitaverit, **VI** horas reddat. Qui vero consimilia responderit, dimidium persolvat.

ART. 17. Et si quis fratri verba convicia dixerit, sive in convivio, sive in aliquo alio loco, idem vocaverit eum *nithingh* aut furem, aut in ceteris quibuslibet opprobriis adeo vilem dixerit ut ceteris hominibus in nullo coequari potest, emendet ei **III** marc. et fratribus **III** marc. (eadem autem poena consorores de convivio puniende sunt) aut cum sex fratribus expurget se.

ART. 18. Et si in ira confratrem suum rapuerit per crines aut pugno percusserit, emendet ei... marc. et fratribus **III** marc.

ART. 19. Et si contigerit ut baculo aut clava sulcata, quam vulgo *resti* vocant, congildam suum percusserit, emendet ei **VI** marc. et fratribus **III** marc. Si autem fuerit ex illis ictibus baculentus aut sanguinolentus, et plaga unguento et alligaturis indiguerit, emendet lesso **XII** marc. et fratribus **III** marc.

ART. 20. Et si congilda ab aliquo de honestatus fuerit verbis et factis, et si vindicare noluerit cum auxilio fratum, sit extra gildam; et si sine gildarum consensu legis satisfactionem quiescerit, testimonio convictus, de fraternitate deponatur, aut dimidiad marc. argenti convivis persolvat. Si autem congilda variis injuriis provocatus se vindicaverit, et secundum leges lesso satisfacere noluerit, omnes congilde, secundum quod visum fuerit, sint et in adjutorium.

ART. 21. Quod si aliquis congilda ad confratrem suum iedendum in domum convivii securim aut gladium, sive aliquod telum portaverit, et ibi inventum fuerit, **III** marc. emendabit ei et congildis **III** marc., quia omnia tela in domo convivii prohibita sunt. Et si aliisque congilde discordes fuerint ex aliqua re, habeant conventum coram senatore et congildis, atemptent eos concordare si possent, et, si non potuerint, tunc sit extra gildam qui legem et judicium omnium gildarum habere contempserit.

ART. 22. Et si quis non venerit ad colloquium fraternum omnium quod dicitur *stæfno*, solidum reddat. Qui vero cereum fregerit, reddat dimidiad oram. Si sponte vel casu ciphum fregerit, emat alium et **VI** denarios reddat; et si ciphus de manu aliquius deciderit, licet non frangatur, **VI** denarios reddat.

ART. 23. Si autem congilda in convivio sedendo dormierit, oram solvat; et, si eadem domo se deposuerit et domum ire neglexerit, **II** horas reddat.

ART. 24. Si vero vomitum fecerit ibidem, aut in discessu antequam domum pervenerit, testimonio convictus, **VI** horas persolvat.

ART. 25. Si aliquis congilda infirmatur, visitent eum fratres, et, si necesse fuerit, vigilent super eum. Quod qui non fecerit reddat solidum. Si autem mortuus fuerit, quatuor fratres nominati a senatore circa eum vigilias custodiāt; et si ad hoc denominati venire contempserint, quivis oram persolvat. Et qui vigilant defunctum ferant ad sepulcrum; comitentur congilde ejus et intersint missis cantando. Et unusquisque in missa defunctorum denarium sacerdoti pro anima fratri sui offerat, et antequam sepultus fuerit nullus recedet. Qui vero ista non servaverit, testimonio convictus, oram persolvat.

ART. 26. Si quis congildarum legem confratrum observare noluerit, sit extra convivium; et si ad consorciū fratrum redire voluerit, faciat introitum suum sicut a primo quum intravit.

ART. 27. Si quis vero pro ebrietate ceciderit in ipsa domo convivii vel antequam propriam curiam intraverit, oram solvat.

ART. 28. Si quis congilda congildam interficerit, priusquam heredibus imperfecti legitime satisficerit, si ab ipsius convivii communione recedere noluerit, emendet omnibus congildis... marc., et frater eidem convivio societur, tamen cum consensu cognitorum imperfecti. Qui vero coactus homicidium perpetraverit, de omnibus congildis accipiat quod vulgariter dicitur scuth s. III denarios.

ART. 29. Congilda cuius anterior pars domus, id est, coquina vel stupa aut horreum cum annona in illa curia in qua residēciam facit, combusta fuerit, accipiet de quolibet fratre III denarios.

ART. 30. Si quis vero rurensis convivio sancti Erici se associaverit, acquirat unum de civibus, scilicet de ejusdem convivii fratribus, qui de omnibus causis in presenti sacca scriptis omnibus congildis pro ipso respondeat, aut secundum presens scriptum satisfaciat.

ART. 31. Si quis autem alium congildam de sede depulerit et alterius locum violenter obtinuerit, oram reddat.

ART. 32. Si autem congilda circa tabernas, vel aleas, vel tesseribus ludendo percussus sive in honestate verberatus fue-

rit, testimonio convictus, congildis dimidiā marcam argenti reddat, aut cum vi manu se expurget. Si vero congilda a tabula nuda recesserit propter scandalum et dedecus, omnium congildarum testimonio convictus, III marc. reddat.

ART. 33. Si aliquis congildarum arduum negocium eundi ad placitum habuerit, sequentur eum omnes congilde; et quicumque non venerit, solidum argenti persolvat, si convictus fuerit unius testimonio, aut se solus expurget juramento.

ART. 34. Si quis congildarum strepitum vel clamorem in sermone senatoris fecerit vel propositi, VI horas denar. reddat.

ART. 35. Si quis clamosus absque certa ratione extiterit, et sic clamore suo infestat fratres, sino omni contradictione sex horas persolvat.

ART. 36. Si vero aliquis confratrum alterius auxilio eguerit ad partes propinquas, et ille ambulando vel equitando subsidium ferre noluerit, I marc. fratribus solvat.

ART. 37. Si vero ad regem vel episcopum aliquis fratrum vocatus fuerit, senator faciat conventum fratrum, et eligat XII ex fraternitate quos voluerit, qui cum eo ex convivii expensa vadant, et ei pro posse auxilium ferant. Si nominati contradixerint, quivis dimidiā marcam argenti persolvat, nisi detineatur copula nuptiarum vel infirmitatis causa, vel ab aliis causis legitimis, et statim denominetur alius in ejus loco qui predicat cum predicto fratre.

ART. 38. Si quis fratrum necessitate compulsus injuriam suam vindicaverit, et auxilio indiguerit in civitate, causa defensionis et causa tutele membrorum suorum aut vite, sint cum eo die ac nocte XII nominati ex fratribus ad defensionem, et sequantur eum cum armis de hospicio ad forum, de foro autem ad hospicium, quamdiu oportebit, ne frater scandalizetur et fratribus non sit opprobrium.

ART. 39. Si quis frater fornicatus fuerit cum uxore conjurati fratris sui, et est frater qui testimonio comprobet in reliquis eum vidisse euntem et redeuntem a tali scelere, a fratrum communione utpote reprobis et *nithingh* ejicitur. Si vero infa-

matus fuerit frater, nec testibus convictus, expurget se juramento XII fratrum, et sic obtinebit gildam.

ART. 40. Si quis fratrum per vim rapuerit conjurati fratris sui uxorem vel filiam, vel sororem, vel neptem, duorum testimonio convictus, ejiciatur a fraternitate.

ART. 41. Hanc quoque tradicionem et legem statuerunt seniores convivii sancti Erici in *skanor*, quod pistores in fraternitate ipsorum non recipiantur, vel receptos hactenus nullatenus diuicius retinere debeant.

ART. 42. Ipsa statuta fuerunt inventa et compilata in *skanor* ab XVIII senioribus qui dicuntur *aldermæn* de convivio beati Erici. Anno Domini millesimo ducentesimo lxvi, septimo ydus septembrios.

ART. 43. Hæc sunt constituta de minnis a fratribus sancti Erici: primo cantanda est beati Erici; postea salvatoris Domini; deinde minnae beate Marie Virginis; et ad quamlibet illarum minnarum trium debent confratres recipere bicaria sedendo, et, bicariis singulis receptis, debent unanimiter surgere et inchoare minnam cantando.

ART. 44. Omnes qui intrant gildam jurent super candelam, prout lex dictaverit, quod omnes justiam et legem observare et tenere voluerint, prout in presenti *skra* est prenotatum, secundum consensum *alderman* et omnium fratrum, et recipiant privilegia sua.

Nº 6.

CHARTE DE L'AMITIÉ DE LA VILLE D'AIRE, 1188.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Philippus, Flandriæ et Viromandiae comes, presentibus et futuris. Peregrinaturi ad terram sanctam in qua... dignari duximus hominibus terræ nostræ libertatem et immunitatem quam eis ante-

cessores nostri retro principes indulserunt conservare et confirmare. Super hac igitur re adeuntibus nos burgensibus Ariæ, ut legibus et consuetudinibus approbatis libere uterentur, quas ob injurias hominum perversorum propulsandas, illustris comes Robertus et Cleméntia comitissa, et Karolus comes et Willelmus, successor ejus, et piæ memoriæ Theodoricus comes, pater meus, eis indulserat, nos quoque eidem, utpote quos erga nos devotos aestimaremus, easdem leges vel consuetudines tenendas et observandas libentissime indulgemus in amicitia.

4. Igitur sunt duodecim selecti judices qui fide et sacramento firmaverunt quod in judicio non accipient personam pauperis vel divitis, nobilis vel innobilis, proximi vel extranei.

2. Omnes autem ad amicitiam pertinentes villæ, per fidem et sacramentum firmaverunt quod unus subveniet alteri tanquam fratri suo in utili et honesto; quod si unus in alium admiserit aliiquid verbo vel facto, sua illius qui laeditur culpa, non accipiet ultiōrem per se vel per suos qui læsus est, sed apud præfectum domini comitis conqueretur, si negotium ad eum attinet, ne domino comiti jus suum depereat, et reus arbitrio duodecim judicium selectorum; admissum emendabit et si unus in alium aliiquid admiserit verbo vel damno, similiter non accipiet ultiōrem per se vel per suos qui læsus est, sed apud præfectum amicitiae conqueretur, si negotium ad eum attinet, et reus arbitrio duodecim judicium selectorum admissum emendabit. Quod quidem arbitrium si laedens vel læsus sequi tertio admonitus noluerit ipse et qui eum in hac pertinacia foverit, reus et perjurus contra usile et honestum amicitiae quod juraverat vadens, ab amicitia communi arcebitur, et amicitia in tribus libris nummorum condemnabitur; reliquum substantiæ ejus comitis et castellani erit.

3. De turpi convitio quinque solidos præfecto amicitiae et amico contumelioso infra octo dies dabit; quod si primam hebdomadam illos quinque solidos non solvens neglexerit, in secunda hebdomada duplicabit, in tertia vero septimana triplificabit; si autem ad totum transgressus fuerit, reus et perjurus de amicitia pelletur, et de sua substantia tres libras habebit